



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

148. Parabola quinta, Fermenti in tribus farinæ satis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ius est omnibus oleribus : & fit arbor , ita
ut volucres cæli veniant , & habitent in ra-
mis ejus. *Matth. 13. v. 32.*

MEDITATIO CXLVII.

*Eadem Parabola referentibus Marco,
& Lucâ.*

I. **C**ui assimilabimus regnum Dei? aut
cui parabolæ comparabimus illud?
Sicut granum sinapis , quod cùm semina-
tum fuerit in terra , minus est omnibus se-
minibus , quæ sunt in terra : & cùm semi-
natum fuerit , ascendit , & fit majus omnibus
oleribus , & facit ramos magnos , ita ut pos-
sint sub umbra ejus aves cæli habitare. *Marc.
4. v. 30. 31. 32.*

II. Cui simile est regnum Dei , & cui si-
mile æstimabo illud? Simile est grano sina-
pis , quod acceptum homo misit in hortum
suum , & crevit , & factum est in arborem
magnam ; & volucres cæli requieverunt in
ramis ejus. *Luc. 13. v. 18. & 19.*

MEDITATIO CXLVIII.

*Parabola V. Fermenti in tribus
farinae satis.*

Aliam parabolam locutus est eis Iesus :
Simile est regnum cælorum fermento,
quod

D. N. IESV CHRISTI. 148

quod acceptum mulier abscondit in farinae
fatis tribus, donec fermentatum est totum.
Matth. 13. v. 33. Luc 13. v. 20. & 21.

I. Hæc omnia locutus est Iesus in para-
bolis ad turbas: & sine parabolis non loque-
batur eis: ut impleretur, quod dictum erat
per prophetam dicentem: Aperiam in pa-
rabolis os meum, eructabo abscondita à
constitutione mundi. *Matth. 13. Vers. 34.*
& 35.

III. Et talibus multis parabolis loque-
batur eis verbum, prout poterant audire:
sine parabola autem non loquebatur eis.
Secorsum autem discipulis suis differebat
omnia. *Marc. 4. v. 33. & 34.*

MEDITATIO CXLIX.

*Parabola VI. Thesauri absconditi
in agro.*

I. **S**imile est regnum cælorum thesauro ab-
scondito in agro, quem qui invenit ho-
mo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, &
vendit universa, quæ habet, & emit agrum
illum. *Matth. 13. v. 44.*

MEDITATIO CL.

Parabola VII. Margaritæ pretiosæ.

I. **I**terum simile est regnum cælorum ho-
mini